¶De gemma Polycratis tyranni, & Pyrrhi regis, & q̃ ſculptores optimi, et nobilitates artificũ, & q̃ primus dactylothecam Romæ habuit.

¶His initijs cœpit auctoritas in tantum amorem elata ut Polycrati Seuero Samio inſularũ ac littorũ Tyranno, fœlicitatis ſuæ quam nimiũ fatebat̃ eſſe ipſe, ſatis piamẽti in unius gẽmæ uoluntario dãno uideret̃, ſi cum fortunæ uolubilitate paria faceret. Pla neq; ab inuidia eius abunde ſe redimi putaret, ſi hoc unum doluiſſet. Aſſiduo ergo gaudio laſſus, prouectus nauigio in altum, annulum merſit. At illum piſcis eximia magnitudine reginatus eſcæ uice raptũ, ut faceret oſtentum, in culinam domini rurſus fortunæ inſidiantis manu reddidit. Sardonicem eam gemmam fuiſſe conſtat, oſtenduntq; Romę (ſi credimus) in Cõcordię delubro cornu aureo Auguſtæ dono incluſam, & nouiſſimum prope locum tot prælatis optinentem. Poſt hũc annulum regia fama eſt gẽmæ Pyrrhi illius qui aduerſus Romanos bellum geſſit. Namq; habuiſſe traditur Achaten, in qua nouem muſæ & Apollo citharam tenens ſpectaretur, non arte